

42 *Justitia & fortitudo sunt simpliciter digniores temperantia, quia de meliori bono sunt, scilicet communiori; sed est de converso, secundum quid, quia temperantia est circa difficultius, & frequentius, 22. q. 141. 8. o. & q. 142. 3. ad 1.*

43 *Justitia & temperantia numquam sumuntur in malo, ut prudentia, quia important aequalitatem, & concupiscentiarum refrenationem, ex quibus laus est virtutis, 22. q. 55. 1. ad 1.*

44 *Originalis justitia erat ex hoc, quod corpus subiciebatur animae, & potentiae inferiores subiciebantur rationi, & ratio subiciebatur Deo, 1. q. 94. 1. c. & 2. q. 2. c. & q. 95. 1. 3. c. & q. 96. 1. c. & 12. q. 81. 5. ad 2. & q. 82. 3. c. & q. 85. 3. 5. c. & q. 89. 3. c. & q. 164. 1. c. & 22. q. 61. 2. c. & q. 164. 3. c. & 3. q. 27. 3. c.*

45 *Erat justitia naturalis, non quasi causata ex principis naturae; sed quasi propaganda cum natura, 1. q. 100. 1. c. ad 3. & 12. q. 81. 2. c.*

46 *Reverentia voluntatis est quasi formale in originali justitia, reverentia autem aliarum potentiarum est quasi materiale ejus, 1. q. 95. 1. ad 5.*

47 *Originalis justitia non poterat esse sine gratia gratum faciente, 1. q. 95. 1. o. & q. 100. 1. ad 2.*

48 *Prius erat in essentia animae, quam in potentiis ejus, 12. q. 83. 2. ad 2.*

49 *Et prius erat in voluntate, quam in aliqua alia potentia, 12. q. 82. 3. c.*

50 *Justitia distributiva est in Deo, non autem justitia commutativa, 1. q. 21. 1. o.*

51 *Justitia Dei est veritas, 1. q. 22. 2. o.*

52 *Justitia Dei duplex, scilicet condecencia bonitatis ejus, & retributio pro meritis, 1. q. 21. 1. ad 3.*

53 *Præsupponit rationem bonitatis ejus, & dicit specialem actum communicationis, non autem bonitatis ejus, nisi in generali, sed dicit perfectionem naturae ejus, 1. q. 21. 1. ad 4.*

54 *Totus ordo justitiae Dei reducitur generaliter ad voluntatem Dei, 3. q. 46. 2. ad 3.*

55 *Ordo universi demonstrat justitiam Dei, sicut ordo cujuslibet multitudinis demonstrat justitiam sui gubernantis, 1. q. 21. 1. c.*

56 *Deus potest agere præter justitiam, scilicet præmiando ultra meritum, & puniendo citra condignum, sed non potest agere contra justitiam, de potentia ordinata, 12. q. 113. 3. ad 1.*

57 *Hominis ad Deum, servi ad Dominum, patris ad filium, non est justitia, nisi secundum similitudinem, 12. q. 114. 1. c. & 22. q. 57. 4. c. & q. 58. 7. ad 3. & q. 85. 3. ad 2.*

1 *Justificatio nominatur ad justitiam, ut dicit reverentiam ordinis hominis ad Deum & patrum hominis inter se, non autem ad justitiam par-*

ticulari, vel legali, 12. q. 100. 2. ad 1. & q. 113. 1. o.

2 *Potius nominatur ad justitiam, quam ad charitatem, vel fidem; quia fides & charitas dicunt ordinem specialem mentis humanae ad Deum, secundum intellectum vel affectum; sed justitia importat generaliter totam reverentiam ordinis, 12. q. 113. 1. ad 2.*

3 *Proprie est factio justitiae, quoad habitam, vel est executio actus ejus; sed improprie est significatio, vel dispositio ejus, 12. q. 100. 12. o.*

4 *Justificatio impij est motus mentis, quo anima à Deo movetur de statu peccati ad statum justitiae, 12. q. 113. 1. 5. c. c.*

5 *Justificatio in fieri dicit motum ad justitiam, sed in facto esse est effectus ejus formalis, 12. q. 113. 5. c.*

6 *Fit in instanti, 12. q. 113. 7. o. & 8. c.*

7 *Tota justificatio impij originaliter consistit in infusione gratiae; quia per eam, & per liberum arbitrium movetur, & culpa remittitur, 12. q. 113. 7. c. & 8. c. ad 1.*

8 *Justificatio non quidem simpliciter, sed justificatio impij, est idem quod remissio peccatorum, 12. q. 113. 1. o. & 6. ad 1.*

9 *In justificatione impij infusio gratiae & remissio culpae sunt unus actus numero secundum substantiam, sed differunt secundum terminos, 12. q. 113. 6. ad 2.*

10 *Vocatio dicit auxilium Dei moventis interioris, & excitans mentem ad deferendum peccatum; ideo non est remissio peccatorum, nec est justificatio, sed est causa ejus, 12. q. 113. 3. ad 3.*

11 *Justificare impium est majus, quam creare celum, vel terram, ratione termini, & repugnantiae; sed est de converso, ratione modi, 12. q. 113. 9. o. & 3. q. 43. 4. ad 2.*

12 *Est majus secundum quantitatem proportionis, quam glorificare, sed absoluta est de converso, sicut gloria major est quam gratia, 12. q. 113. 9. o.*

13 *In justificatione impij remissio peccatorum prior est naturaliter infusione gratiae, secundum ordinem causae materialis, sed de converso secundum alias tres causas, 12. q. 113. 8. o.*

14 *Motus fidei est primus, 12. q. 113. 4. c.*

15 *In justificatione prior est ordine naturae infusio gratiae; secundo motus fidei in Deum; tertio motus contra peccatum; quarto remissio culpae, licet omnia sint in eodem instanti, 12. q. 113. 8. o. & 3. q. 85. 6. c. ad 3.*

16 *In justificatione motus liberi arbitrii in peccatum est prior motus ejus in Deum, ordine materiae; secundum alias autem tres causas est de converso, 12. q. 113. 8. c. & 3. q. 85. 6. c. ad 2.*

17 *Motus liberi arbitrii contra peccatum in*

in justificatione prior est infusione gratiae, ordine materiae; sed est de converso, ordine formae, 12. q. 113. 8. o.

1 *Infusio gratiae requiritur ad justificationem; 12. q. 113. 2. o.*

2 *Requiritur etiam remissio culpae, & novitas vitae per gratiam, 12. q. 113. 1. 6. o.*

3 *In habentibus usum rationis preparatio qua homo facit quod in se est, requiritur ad justificationem, non autem in carentibus usu rationis, 4. d. 17. q. 1. a. 2. & q. 1. o.*

4 *In habentibus usum rationis requiritur ad justificationem motus liberi arbitrii consentientis, non autem causantis, 12. q. 113. 3. o. & 4. 5. c. & 3. q. 86. 6. ad 1.*

5 *Ad justificationem impij requiritur duplex motus liberi arbitrii, scilicet detestatio peccati, & desiderium justitiae Dei, 12. q. 113. 5. c. & 7. ad 1. & ad 2. & 3. q. 86. 2. c.*

6 *Ad eam requiruntur quatuor, scilicet infusio gratiae; motus liberi arbitrii per fidem in Deum, detestatio peccati, remissio culpae, 12. q. 113. 6. o. & 3. q. 86. 6. ad 1. & ad 2. & q. 88. 2. c.*

7 *Requiritur etiam motus fidei, & concurrat charitas, timor, & humilitas, 12. q. 113. 4. o. & 3. q. 86. 6. ad 1. & ad 3.*

1 *Actus misericordiae operatur contra peccatum dupliciter, scilicet vel per modum satisfactionis; vel per modum preparationis; primo modo actus misericordiae sequitur justificationem; secundo vero modo praecedit eam, vel concurrat cum aliis virtutibus requisitis, 12. q. 113. 4. ad 1.*

9 *Deus est principalis causa justificationis; Passio Christi est causa meritoria. Sacramenta ecclesiae sunt causa instrumentalitatis. Fides vero est conjungens instrumentum causae principali, 3. q. 64. 3. c.*

10 *Non est inquirenda ratio, quare Deus aliquos justificet, & liberet à peccato, & alios relinquat in peccatis, 1. q. 23. 7. c. ad 2. & 12. q. 98. 4. ad 2. & q. 106. 2. ad 3.*

11 *Resurrectio Christi est causa instrumentalitatis, & exemplaris resurrectionis animarum, scilicet justificando eas, 3. q. 56. 2. o. & q. 62. 5. ad 1.*

12 *Resurrectio Christi est causa justificationis, quantum ad terminum ad quem, sacramenta vero & passio Christi, quantum ad terminum à quo, 3. q. 56. 2. ad 4. & q. 59. 2. ad 3. & q. 62. 5. ad 3.*

13 *Justificatio appropriatur attributo misericordiae Dei, sicut revelatio futurorum sapientiae ejus, 1. q. 45. 6. ad 3.*

14 *Manifestat justitiam Dei, sicut causam exemplarem; misericordiam vero, ut causam efficientem; sed bonitas creaturae manifestat bonitatem Dei utroque modo, 1. q. 45. 6. ad 3.*

15 *Justificari dicitur tripliciter, scilicet quoad reputationem, executionem, & causam; sed opera legis justificabant primo modo & secundum; non autem tertio modo, 12. q. 100. 12. c.*

16 *Oppositum videtur dici quoad opera legis, 3. q. 62. 6. ad 3. & q. 70. 4. o.*

17 *Omnia praecepta veteris legis justificabant disponendo, & figurando, non autem causando habitum; sed actum justitiae, 12. q. 98. 4. c. fin. & ad 2. & q. 100. 12. c.*

18 *Praecepta caeremonialia non justificabant, nisi ex obedientia & devotione, idest, non continebant justitiam, nisi in generali. Moralitatem vero justificabant in speciali, secundum generalem justitiam. Judicialia autem in specie, secundum specialem justitiam; sed praecepta legis humanae secundum justitiam acquisitam justificant, 12. q. 98. 1. o. & q. 112. 6. & q. 103. 2. o.*

18 *Lex nova continet duo, scilicet gratiam principaliter & documenta & praecepta secundario. Ratione primi justificat, non autem ratione secundi, 12. q. 106. 2. c.*

1 *Justi sunt nobilissimae partes universi; ideo omnia bona, & peccata sua & aliorum profunt eis, 1. q. 27. 7. c.*

2 *Deus specialiter dicitur Deus justorum tripliciter, scilicet ex speciali cura, cultu, & premio, 1. q. 23. 7. c.*

3 *Nihil permittit evenire, quod finaliter impediat salutem justorum, 1. q. 22. 2. ad 4.*

L

1 *Abor manualis, sive corporalis, vel mechanicus prohibetur ad literam tertio praecepto decalogi, ut praecepto specialitatis, sed mystice quoad cessationem à peccatis; ut praecepto generali, 22. q. 122. 4. ad 12. & ad 3. & q. 187. 3. c.*

2 *Ordinatur ad quatuor, scilicet ad victum, ad otium vitandum, contra concupiscentias, & ad elemosinas, 22. q. 187. 3. c.*

3 *Est utilis ad tria, scilicet contra futurum, contra cupiditatem boni alieni, & contra turpia negotia pro victu, 22. q. 187. 2. c.*

4 *Lachrye causantur ex tristitia, & aliquando ex affectu tenentiae, praecipue cum consideratur delectabile cum tristabili, ut ex devotione, 22. q. 82. 4. ad 3.*

5 *Lamech non evasit reatum homicidii occidens hominem quem credidit bestiam, quia non adhibuit diligentiam, 22. q. 64. 8. ad 11.*

6 *Lamina aurea inventa est super pectus gentilis mortui de fide ejus, & dicitur: Christus natus est Virgine, & ego credo in eum; O sol sub irenae, & Constantini temporibus iterum me videbis, 22. q. 2. 7. ad 3.*

7 *Laree quaerit concupiscentia propter turpitu-*

prudenciam, ita vero manifestus operatur prop-
ter impedimentum rationis, & amplificationem
cordis, *12. q. 48. 3. ad 2. & 22. quæst. 156. 4. c.*

Laticudo est dimensio magnitudinis corporalis, *12. q. 33. 1. c.*

1 Latria exhibitæ vero Deo, & exhibitæ ido-
lo non dicitur invoco, *22. q. 94. 1. ad 2.*

2 Dicitur tripliciter, scil. res exhibitæ ad
cultum Dei, actus, & habitus; & sic tertio
modo est virtus. Cujus nomina sunt quatuor,
scil. theosebia vel eusebia, pietas, religio, &
latria, *22. q. 81. 1. ad 3. & ad 4. & q. 94. 1. ad 2.*

3 Est specialis virtus in quantum habet
specialem rationem objecti & actus; sed est virtus
generalis in quantum actibus aliarum virtutum
materialiter utitur ad suam actum, ad
quem multæ virtutes, scil. fides, charitas, &
aliæ præxingunt, *22. q. 81. 3. 4. & 8. ad 1. & q. 83. 1. c. & q. 186. 1. ad 1.*

4 Non est virtus theologica, quia non habet
Deum pro objecto, sed habet eum tantum
pro fine, ideo est virtus moralis, & re-
ducitur ad virtutes cardinales, *22. q. 81. 3. c. & q. 92. 1. c.*

5 Reducitur ad justiciam, non quidem sicut
species ad genus, sed sicut virtus annexa
virtuti principali, *22. q. 80. 6.*

6 Actus latriæ præcipitur primo præcepto
Decalogi, *12. q. 100. 4. ad 1.*

7 Latria est quedam protestatio fidei, *12. q. 100. 4. ad 1. & 22. q. 81. 3. b. & ad 2. & q. 94. 1. ad 1. & q. 97. 3. ad 1. & q. 100. 1. ad 1. & q. 101. 3. ad 1.*

8 Offerre sacrificia, vel orare, vel prostra-
tio, & hujusmodi eliciuntur à sola latria, cuius
proprie sunt actus, licet impentur à fide
& charitate, *22. q. 81. 3. ad 1. item q. 82. 12. ad 1. & quæst. 85. 3. c. & quæst. 88. 3. ad 1.*

1 Latro dicitur quandoque bonus non quidem
proprie & simpliciter, sed metaphorice,
vel quasi transfumptive, *12. q. 53. 3. ad 1. & q. 92. 1. c. fin. & 22. q. 45. 1. ad 1. & q. 97. 1. 3. c. & q. 92. 1. ad 1.*

2 Christus voluit crucifigi inter duos latro-
nes quadruplici ratione, scil. primo, quia sicut
pro nobis maledictum crucis factus est
Christus, sic pro omnium salute inter noxios,
quasi noxius crucifigitur, secundum Hieronymum.
Secundo, ut in ipsa patibili specie de-
nitaretur illa quæ in iudicio ipsius, omnium
hominum facienda est discretio, secundum
Leonem Papam. Tertio duo latrones lezæ ac
dextræ assignantur, omnem humani generis di-
versitatem vocari ad sacramentum passionis
domini ostendentes, secundum Hilarium. Quarto,
quia latrones qui cum domino crucifiguntur,
significat eos, qui sub fide, & con-

felsi one Christi, vel agonem martyrii, vel
quælibet arctioris discipline instituta subeunt,
secundum Bedam, *3. q. 46. 11. c.*

1 Laurentius diaconus existens baptizabatur
in necessitate tantum, *3. q. 67. 1. ad 3.*

2 Laurentius, & Vincentius, & alii alii
sancti habuerunt passionem magis dolorosam,
quam Christus quoad, diurnitatem, vel acer-
bitatem, vel aliquid hujusmodi; non autem
simpliciter, *3. q. 46. 6. ad 1.*

1 Laus dependet essentialiter à voluntate
adherente bono, non autem à potentialitate
peccandi, sed est signum ejus, *22. q. 81. 6. ad 1.*

2 Aliquid est laudabile inferiori quod est
viuperabile superiori, & è converso, *12. q. 94. 3. ad 3.*

3 Laudare hominem ad consolationem, vel
ad profectum ejus, cum cæteris circumstan-
tiis debitis, est actus virtutis amicitia; aliter
autem est peccatum adulationis, *22. q. 115. 1. ad 1. & 2. c.*

4 Deus secundum essentiam major est omni
laude; ideo debetur ei reverentia, & hon-
or latriæ, laus autem effectibus ejus, *22. q. 91. 1. ad 1.*

5 Deus est ore laudandus, non ut ei ali-
quid manifestetur sicut aliis, sed ut nos & alios
excitemus in Deum, & ut retrahantur ab ejus
offensis, *22. q. 91. 1. c. & 2. c.*

6 Orium tollitur per meditationes divino-
rum eloquiorum, scil. sacrum scripturam,
& per laudes divinas; quia secundum
glossam non est otiosus qui verbo Dei tantum
studet; nec plurius est qui extra operatur, quam
qui studium cognoscendæ veritatis exercet,
22. q. 87. 3. c. fin.

1 Lazarus resuscitatus iterum mortuus est, *3. q. 53. 3. c. ad 1. & q. 55. 2. ad 3. & q. 56. 1. c.*

1 Legislator magis confidit actus exte-
riores, quam interiores, *12. q. 100. 9. c.*

2 Voluntas principis, vel legislatoris, ut
regulata ratione, habet vigorem legis. Alio-
quin esset magis iniquitas, quam lex, *12. q. 90. 1. ad 3. & 92. 1. ad 4. & q. 93. 3. ad 2. & 22. q. 60. 3. ad 1.*

3 Intentio legislatoris est facere cives bo-
nos, inducendo eos ad virtutes; per assuefac-
tionem bonorum operum, *12. q. 92. 1. c. & q. 96. 2. ad 2. & q. 107. 2. c. & 22. q. 122. 1. ad 3.*

4 Intentio cuiuslibet legislatoris ordinatur
primo & principaliter ad bonum commune; se-
cundo autem ad ordinem justitiæ, & virtutis,
quo conservatur, & pervenitur ad primum,
12. q. 110. 8. c.

5 Legislator intendit bonum commune,
ideo non præcipit actus particulares unitus,
nisi

nisi ut ordinantur ad alterum, *12. q. 90. 2. 4. c. & q. 98. 6. ad 2. & ad 3. & quæst. 100. 2. 8. c.*

1 Legispositiva est idem quod virtus regna-
tiva, i. principalis speciei prudentiæ, quæ con-
venit regi, *22. q. 50. 1. ad 3. & 2. b. & ad 1. & 3. b.*

2 Legispositiva, & eugnomofyna, idest bo-
na sententia, sive consilium tribuuntur pruden-
tiæ secundum directionem, & attribuuntur
justitiæ secundum executionem, *22. quæst. 80. ad 4.*

3 Lex non potest dari, nisi populo, ideo le-
gispositiva est pars politice, & non æconomica,
nec monastica, *12. q. 98. 6. ad 2. & ad 3. & q. 101. 3. c. & 3. q. 70. 2. ad 2.*

Lenia est idem quod patientia, & est pars
annexa fortitudini, *22. q. 22. & q. 128. ad 6.*

1 Lepra non mundabatur per ritum, & cere-
monias legis, nisi quandoque miraculose, scilicet,
quando Sacerdos decipiebatur in judi-
cando, *12. q. 102. 5. ad 7. & q. 103. 2. ad 3.*

2 Expofitio literalis, & figuralis lepræ in ho-
minibus, domibus, & vestibus, *12. q. 102. 5. ad 4. & q. 107. 2. ad 4.*

3 Leprosus non debet promoveri ad sacer-
dotium, nec celebrare missam in publico propter
horrorum; sed celebrare potest secreto, nisi sit
periculum, *3. q. 82. 10. ad 3.*

4 Aliquis removetur ab administratione
Ecclesiæ propter vitium lepræ, quia ineptus est,
22. q. 108. 4. ad 3.

1 Lex dicitur aliigando, quia obligat, vel
dicitur à legendo secundum Isidorum, quia
scripta est, *12. q. 90. 1. c. & 4. ad 2. & ad 3.*

2 Quilibet inclinatio ex aliqua lege potest
dici lex participative, non autem essentialiter,
12. q. 90. 1. ad 1. & q. 91. 6. c.

3 Lex est regula, & mensura actuum agen-
dorum, vel omittendorum, *12. q. 90. 1. c. & 2. 4. c. fin. & q. 92. c. & q. 93. 3. c. & q. 95. 4. c. fin. & q. 96. 5. c. & q. 97. 1. c.*

4 De sui ratione habet quod sit re-
gula actuum agendorum, & quod habeat vim
coactivam, *12. q. 90. 3. c. & q. 96. 5. c. item 22. q. 67. 1. c.*

5 Est aliquid rationis, scilicet. propositiones
universales rationis prædicte consideratæ actu
vel habitu, *12. q. 90. 1. c. & q. 91. 1. c. & q. 92. 1. c. & q. 94. 1. c.*

6 Non est aliud nisi dictamen rationis prac-
tice, *12. q. 91. 1. 3. c. & q. 92. 1. c. ad 4. & 2. c. & q. 97. 1. c.*

7 Est quedam rationis ordinatio ad bonum
commune, ab eo qui curam communitatis ha-
bet, promulgata, *12. q. 90. 4. c.*

8 Maxime respicit ordinem ad beatitudi-
nem, & proprie ad felicitatem communem,
12. q. 90. 2. c.

9 Nullum præceptum habet vim legis, nisi
secundum ordinem ad bonum commune, ad
quod omnis lex ordinatur, ut finem, *12. q. 90. 2. c. & 3. c. & q. 91. 5. c. & 6. ad 3. & q. 92. 1. c. & q. 93. 1. c. ad 1. & q. 95. 3. 4. c. & q. 96. 1. 3. 4. 6. c. & q. 97. 1. c. & q. 100. 2. c. & 11. ad 3. & 22. q. 58. 5. c. & 3. quæst. 70. 2. ad 2.*

10 Lex importat ordinem ad finem active,
non autem passive, nisi per accidens, scilicet,
quando legislator habet finem extra se, *1. q. 91. 1. ad 3.*

11 Non imponitur ab aliquo domino, nisi
subditis ejus; ideo præcepta ejuslibet legis
pågungunt subjectionem recipientis legem
ad tantem legem, *22. quæst. 16. 1. c. & q. 22. 1. c.*

12 Non omnia contenta sub lege obligant
ad mortale, quia non omnia traduntur per
modum præcepti, sed aliqua per modum ordi-
nationis, & statuti, & obligant ad certam pec-
nam, *22. q. 186. 9. ad 2.*

13 Usus veterum ordinatur ad bonum
commune, ideo subjacet legi, quia bona com-
munia cadunt sub lege, *22. q. 154. 2. fin. item 9. ad 3.*

14 Lex quintuplex, scil. lex æterna, natu-
ralls, divina, humana, & fomes peccati, *12. q. 91. c.*

15 Est in aliquo dupliciter, scil. essentialiter
ut in regulante, & participative ut in regula-
to: primo modo est in ratione, secundo modo
est in omni quod ex aliqua lege in aliquid
inclinatur, *12. q. 90. 1. ad 2. & 3. ad 1. & q. 91. 2. 6. c.*

16 Homo dupliciter inclinatur ad observan-
tiam legis, scil. interior per amorem, ut boni,
& exterior per penas, ut mali, *12. q. 92. 1. ad 2. item q. 95. 1. c. & q. 98. 6. c. & quæst. 107. 1. ad 2. & 22. q. 108. 1. ad 3. it. 3. c.*

17 Diverse leges diversis imponuntur, *12. q. 91. 5. ad 1. & 6. c. & q. 96. 2. c. & q. 100. 2. c. & q. 104. 3. ad 2. & 107. 1. c.*

18 Justus dupliciter non est sub lege, scilicet,
coactive, & quantum ad opera Spiritus Sancti,
12. q. 93. 6. ad 1. & q. 96. 5. c.

19 Actus legis quadruplex, scilicet imperare
seu præcipere, vetare seu prohibere, permitte-
re, & punire; non autem consuleri, nec præ-
miare, quia conveniunt etiam pensens priva-
tis, *1. q. 92. 2. c.*

20 Proprie effectus legis est inducere sub-
ditos ad propriam eorum virtutem; ideo lex facit
bonos, vel simpliciter, vel bonos secundum
quid, *12. q. 92. 1. c. & 2. ad 4.*

21 Quilibet lex inducit ad observantiam
præceptorum per penas, & per præmia danda;
vel per Deum, ut lex divina; vel per homines,
ut lex humana, *12. q. 99. 6. c.*

22 Omnis lex tendit ad amicitiam, vel homo-
nium

minum ad invicem, vel hominum ad Deum, 12. q. 99. 1. ad 2. & 2. c.

23 * Lex naturalis est participatio legis aeternae, & impressio divini luminis in creatura rationali, qua inclinatur ad debitum actum, & finem, 12. q. 91. 2. c. & q. 96. 2. ad 1. & q. 97. 1. ad 1.

24 Non est habitus proprie, & essentialiter, scilicet quo quis operatur, sed improprie, idest quod habitus tenetur, 12. q. 94. 1. c.

25 Omnes inclinationes partium humane naturae, ut concupiscibilis, & irascibilis secundum quod regulatur ratione, pertinent ad legem naturalem, 12. q. 94. 2. ad 2. & 4. ad 3. & 2. q. 108. 2. c.

26 Ordo praeceptorum legis naturae est secundum ordinem inclinationum naturalium, scilicet primo secundum naturam substantiae, secundo secundum naturam animalis, tertio secundum naturam hominis, 12. q. 49. 2. c.

27 Ad praecepta legis naturae pertinent omnia, quae ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana, scilicet omnia ad quae homo habet naturalem inclinationem, 12. q. 94. 2. 3. c. item 4. c. ad 3.

28 Lex naturalis est eadem apud omnes, quoad prima principia communia, secundum rectitudinem, & notitiam, non autem quoad alia, 12. q. 94. 4. c.

29 Lex naturae est una omnium, quia praecepta eius sunt communia; ideo conveniunt tam imperfectis quam perfectis; sed lex divina non est una, quia praecepta eius sunt particularia, 12. q. 91. 5. ad 3.

30 Omnes actus virtutum in quantum sunt virtuosus, sunt de lege naturae, non autem omnes secundum species suas, 12. q. 91. 5. ad 3.

31 Lex naturalis non potest dici in irrati- nabilibus, nisi secundum similitudinem, 12. q. 91. 2. ad 3.

32 Aliquid derivatur a lege naturae dupliciter, scilicet in conclusio, & in determinatio legis, ut lex humana; 12. q. 93. 2. c. & q. 99. 3. ad 2.

33 Lex naturalis potest mutari per legem divinam, & humanam addendo, & subtrahendo conclusiones; sed raro, & in aliquo particulari, non autem prima principia eius, 12. q. 94. 4. c. ad 2. & 5. c. & q. 97. 1. ad 1.

34 Lex Dei scripta corrigit legem naturae, supplendo, vel ut corrupta erat in cordibus aliorum, 12. q. 94. 5. ad 1. & 3. quae. 61. 3. ad 2.

35 Lex naturalis non potest deleri de corde alicujus quoad prima principia, & in universali; sed tantum in particulari, vel quoad conclusiones, 12. q. 94. 6. c. & q. 99. 2. ad 2.

36 Fuit offuscata in gentilibus, quoad multa, 12. q. 94. 4. 5. c. & q. 98. 6. c. ad 1. & q. 99. 2. ad 2. & q. 100. 5. ad 1. & 2. q.

22. 1. ad 1. & q. 154. 1. ad 1. & 3. q. 60. 5. ad 3. & quae. 61. 3. ad 2. & quae. 70. 2. ad 1.

37 Sic corrupta fuit apud Germanos, quod latrocinium non reputarent peccatum, 12. q. 94. 4. 6. c.

38 Lex aeterna est ratio seu conceptus gubernationis rerum in Deo, 12. q. 91. 1. c. & q. 93. 1. c. & 3. 4. c. & 5. ad 3.

39 Secundum essentiam est nota beatis tantum; sed in suis effectibus nota est omni creaturae rationali, 12. q. 19. 4. ad 3. & 5. c. & 6. c. item q. 93. 2. c.

40 Comparatur ad ordinem rationis sicut ars ad artificiatum; ideo ejusdem rationis est aliquid esse contra utrumque, 12. q. 98. 71. 2. ad 4.

41 Omnis lex in quantum justa est, derivatur a lege aeterna, 12. q. 93. 3. c.

42 Omnia regulantur lege aeterna, & participant eam, in quantum ex ea inclinatur in proprios actus, & fines, 12. q. 91. 2. c.

43 Aliquid subditur legi aeternae dupliciter, scilicet secundum cognitionem ut creatura rationalis tantum, vel per aliquod principium interius, ut omnis creatura, 12. q. 91. 2. c. ad 3. & q. 93. 5. 6. c.

44 Omnia creata subduntur legi aeternae, non autem ea quae pertinent ad essentiam Dei, 12. q. 91. 2. c. & q. 93. 4. 5. 6. c.

45 Voluntas Dei secundum se non subditur legi aeternae, nec gubernationi Dei, sed tantum secundum voluntatem creatam, 12. q. 93. 4. ad 1.

46 Filius Dei, secundum humanitatem, legi aeternae subditur, sed secundum deitatem est ipsa lex aeterna per appropriationem, 12. q. 93. 1. ad 2. & 4. ad 2. & 6. ad 1.

47 Beati, & damnati subduntur legi aeternae, per quam meruerunt, & conservantur in beatitudine, vel miseria, 12. q. 93. 6. ad 3.

48 Boni perfectius subduntur legi aeternae, quam mali, quantum ad cognitionem, & inclinationem ad bonum, sed secundum passionem est e converso, 12. q. 93. 6. c.

49 Prudentia carnis subditur legi aeternae secundum passionem, non autem secundum actionem, 12. q. 93. 6. ad 2.

50 Irrationalia, defectus, & omnia contingentia omnium naturalium subduntur legi aeternae, non autem legi humane, 12. q. 93. 5. c. & 6. c.

51 Lex divina est necessaria, praeter legem naturalem, & humanam, 1. q. 1. 1. c. & 12. q. 91. 4. c. & 3. q. 60. 5. ad 3.

52 Est participatio legis aeternae in ordine ad finem supernaturalem, sicut lex naturalis ad finem naturalem, 12. q. 91. 4. c. ad 1.

53 Sicut gratia praesupponit naturam, sic lex divina praesupponit legem naturalem, 12. q. 99. 2. ad 1.

54 Ea quae sunt necessaria ad salutem, cadunt sub praeceptis divinae legis, 12. q. 3. 2. c. & 22. q. 140. 2. c.

55 In lege Dei aliqua praecipiantur, quia bona sunt, & aliqua e converso, & aliqua prohibentur, quia mala sunt, & aliqua e converso, 22. q. 37. 2. ad 3.

56 Finis legis divinae est beatitudo aeterna, humane vero est temporalis tranquillitas civitatis, 12. q. 98. 1. c. & q. 100. 2. 5. c.

57 Lex divina principaliter intendit amicitiam hominum ad Deum, sed lex humana hominum ad invicem, 12. q. 99. 3. c. & q. 100. 2. 5. c.

58 Divina principaliter ordinat homines ad Deum; sed ordinat homines ad invicem, secundum quod convenit ordini ad Deum: humana vero e converso, 12. q. 99. 3. 4. c. & q. 110. 2. 5. c.

59 Divina sufficienter ordinat ad omnem actum virtutis, non autem humana, 12. q. 100. 2. c. & 22. q. 140. 2. c.

60 Humana proponit praecepta tantum de actibus iustitiae, vel aliarum virtutum sub ratione iustitiae; divina vero de actibus omnium virtutum, vel obligando, vel consulendo, 12. q. 100. 2. c.

61 Divina se extendit ad actus interiores, & exteriores, sed humana tantum ad actus exteriores, 12. q. 98. 91. 4. c. & q. 98. 1. c. q. 100. 2. q. c.

62 Divina prohibet, & punit omnia peccata, non autem humana, 12. q. 91. 4. c. fin. & q. 93. 3. ad 3. & q. 96. 2. c. & 3. ad 1. & q. 98. 1. c. & 22. q. 69. 2. ad 1. & q. 77. 1. ad 1. & q. 78. 1. ad 4.

63 Leges humanae antiquae continent quaedam fabulosa, & falsa, non autem lex divina, 12. q. 99. 3. c.

64 Divina distinguitur in legem veterem, & legem novam, non sicut in species omnino diversas, sed sicut imperfectum, & perfectum in eadem specie, 12. q. 51. 5. c. & q. 107. 1. c.

65 Lex vetus est aeterna, quoad moralia, & quoad veritatem quam figurabat caeremonialia, non autem aliter, 12. q. 103. 3. ad 1.

66 * Convenienter data est tempore Moysis, primo quidem contra malos, ad comprimendum eorum duritiam, & superbiam, & in eo quod scire se, & posse putabant, quod non valebant; secundo vero ad bonorum auxilium, quo facilis, & securus ad spiritualia nutrissent, 12. q. 98. 6. c. & 3. q. 70. 2. ad 2.

67 Differat a lege naturali, non ut ab ea penitus aliena, sed ut aliquid ei superaddens, 12. q. 89. 2. ad 1.

68 Erat bona, quia consonabat rationi, reprimendo concupiscentias; sed erat imperfecta, quia non poterat sufficienter ad finem inducere, 12. q. 98. 1. c. & 2. ad 1.

69 Prohibebat omnia peccata, 12. q. 98. 1. c.

70 * Non conferebat gratiam, quia hoc Christo reservabatur, 12. q. 98. 1. c. & q. 99. 2. ad 3. & q. 110. 12. c.

71 Finis veteris legis erat justificatio hominum, quam tamen efficere non poterat, sed eam figurabat factis caeremonialibus, & promittebat verbis, 12. q. 107. 2. c.

72 Secundum sensum exterioriorem promittebat tantum temporalia; sed secundum sensum spiritualem promittebat spiritualia, & vitam aeternam, 12. q. 114. 10. ad 1.

73 Occidebat non quidem effectiva, sed occasione accepta, non autem data, 12. q. 98. 1. ad 2. & q. 99. 2. ad 3.

74 Induxit poenam servitutis in casu duplici tantum, scilicet servitutem perpetuam in servo nolente ingredi; & temporalem in fure non valente solvere, 12. q. 105. 2. ad 10.

75 Bene statuit de loco iudicii, de iudicii virtus, & testibus, 12. q. 105. 2. c. ad 7. & ad 8.

76 Data fuit solis Iudaeis, non quidem propter merita eorum, sed propter promissiones Dei de Christo, 12. q. 98. 4. c. & 5. c.

77 Data fuit duris in flagellum, proficiens vel in paedagogum, perfectis autem in signum, & solatium, 12. q. 101. 3. c.

78 Gentiles non obligabantur ad legem veterem, quoad caeremonialia, vel judicialia, sed ad praecepta naturae secundum se, non autem ex lege veteri, 12. q. 98. 5. c. & 22. q. 85. 4. ad 1.

79 Lex vetus neminem excludit a cultu Dei, sed tantum a civilitate, 12. q. 105. 3. ad 1. & ad 2.

80 Ordinabat ad Christum perhibendo testimonium, & disponendo ad eum, 12. q. 98. 2. c. & q. 99. 6. c.

81 Status veteris legis institutus fuit ad figurandum mysterium Christi, 12. q. 102. 4. c.

82 Non fuit immutatus ante Christum quoad impletionem, sed quoad conditionem populi, 11. q. 102. 4. ad 2.

83 Christus implevit legem veterem opere, & doctrina tripliciter, scilicet exponendo, dando modum melius observandi, & superaddendo, 12. q. 107. 2. c. & 4. ad 3.

84 In omnibus conversata est secundum praecepta veteris legis, 3. q. 37. c. & q. 40. 4. c. & q. 47. 2. ad 1.

85 Lex vetus dabatur populo adhuc imperfecto in comparatione ad perfectionem, quae erat futura per Christum, 12. q. 99. 6. c.

86 Lex nova continetur in lege veteri virtualiter, ut perfectum in imperfecto, & implicite, non autem explicite, & in actu, 12. q. 107. 3. c.

87 Lex vetus assimilatur puero, ut imperfecta, non autem assimilatur viro, ut perfecta, 12. q.

12. q. 91. 5. c. ad 1. & q. 98. 1. o. & 2. ad 1. & ad 2. & q. 99. 6. c. & q. 106. 3. c. & q. 107. 1. c. ad 2. & 2. 3. 4. c. & 22. q. 1. 7. ad 2.
- 88 Nova implet veterem, exhibendo quod vetus promittebat, & figurabat, sed evacuat eam quoad ceremonialia, 12. q. 107. 2. o. & 22. q. 104. 6. ad 2.
- 89 Nova dicitur gratia fidei, quia principaliter est ad gratiam, secundario autem est ad ceremonialia, & sacramentalia, vetus autem est conversio, 12. q. 107. 1. ad 3. & q. 108. 1. o.
- 90 Vetus est via ad novam, sicut nova ad caelestem Ecclesiam, seu ad caelestem hierarchiam, 12. q. 102. 2. c. & q. 106. 4. ad 1. & 3. q. 61. 4. ad 1.
- 91 Utraque lex fuit ab uno Deo, sed lex vetus in lapidibus, nova vero in corde, 12. q. 98. 2. 3. o. & q. 106. 2. ad 3. & 4. ad 3. & q. 107. 1. c. fin.
- 92 Vetus cohibebat manum, id est actus exteriores, per poenas temporales, non autem animum, i. actus interiores; nova autem cohibet utrumque, per aeterna, 12. q. 107. 1. ad 2.
- 93 Nova principaliter promittit spiritualia, & ordinat actus etiam interiores, & ex amore; ideo perfectior est lege veteri quae habet opposita, 12. q. 91. 5. o. & q. 99. 6. o. & q. 107. 1. ad 2. & q. 108. 1. o. & 22. q. 95. 2. ad 3. & q. 144. 1. ad 1.
- 94 Vetus est gravior nova quoad ceremonialia, & quoad dispositionem subditorum, sed quoad actus virtutum est conversio, 12. q. 107. 4. o.
- 95 Nova addit consilia super praecepta, non autem vetus, 12. q. 108. 4. o.
- 96 Nova dicitur lex veritatis, vetus autem dicitur lex umbræ, vel figuræ, 12. q. 107. 2. c.
- 97 In lege nova dantur praecepta fortitudinis ad pugnam spiritualiter, & ad patientiam temporalium malorum; non autem ad pugnam corporalem sicut in veteri, 22. q. 140. 1. ad 1.
- 98 Nova nihil instituit ad cognoscendum futura, sicut vetus, quia terrena sunt; fuerunt tamen in novo testamento etiam aliqui prophetæ spiritum habentes, qui multa de futuris eventibus prædixerunt, 22. q. 95. 2. ad 3.
- 99 Nova nihil determinat circa ceremonialia, vel judicialia, nec præcipit alia moralia, quam vetus, 12. q. 108. 2. o. & 3. ad 2. & ad 3.
- 100 Nova principaliter est gratia Spiritus Sancti, secundario autem est circa quaedam disponentia ad gratiam, & ad usum ejus; ideo principaliter est indita, & secundario scripta, 12. q. 106. 1. o. & 2. 3. c. & q. 107. 1. ad 2. & ad 3. & q. 108. 1. c. ad 1.

- 101 In nova nihil continetur, nisi petens ad gratiam Spiritus Sancti, vel disponens intellectum per fidem, & affectum, vel ad usum gratiæ, 12. q. 106. 1. ad 1.
- 102 Lex nova est lex gratiæ, & pietatis, 12. q. 106. 3. c. fin.
- 103 Dicitur lex libertatis, quia non præcipit actus exteriores nisi sacramentorum, vel habentes necessitatem ad gratiam, nec prohibet, nisi contraria gratiæ, 12. q. 108. 1. 2. o. & 4. c.
- 104 Bene ordinat omnes actus interiores hominis ad se, ad proximum, & ad Deum, 12. q. 108. 3. o.
- 105 Nullus status potest esse perfectior status novæ legis, quia immediate introducit ad ultimum finem, 12. q. 106. 4. c. & q. 108. 4. o.
- 106 Non debuit dari à principio mundi triplici ratione. Prima scilicet, quia principaliter est gratia Spiritus Sancti, quæ abundanter dari non debuit, antequam impedimentum peccati ab humano genere tolleretur consummata redemptione per Christum. Secunda potest assignari ex perfectione legis novæ; non enim aliquid ad perfectum adducitur statim à principio, sed quodam temporali successione ordine, sicut aliquis prius fit puer, & postmodum vir. Tertia sumitur ex hoc quod lex nova est lex gratiæ; & ideo primo operatur, ut homo peccaretur sibi in statu veteris legis, ut in peccatum cadendo suam infirmitatem cognoscens recognosceret se gratia indigere, 12. q. 91. 5. ad 2. & q. 106. 3. o.
- 107 Lex nova proponitur in omni loco, non autem in omni tempore, quia tempus variat statum, non autem locus, 12. q. 106. 3. ad 1.
- 108 Durabit usque ad finem mundi, 12. q. 106. 4. o.
- 109 Leges humanæ sunt necessariæ ad pacem hominum, & ad virtutes propter malos; quia non sufficit eis paterna monitio, 12. q. 91. 3. o. & q. 35. 1. o.
- 110 Melius est, secundum Philosophum, omnia determinari per leges, quantum possibile est, quam relinquere arbitrio iudicium, triplici ratione. Primo scilicet, quia facilis est invenire paucos sapientes, qui sufficiant ad rectas leges ponendas, quam multos qui requirentur ad recte iudicandum de singulis. Secundo quia illi qui leges ponunt, ex multo tempore considerant quid lege ferendum sit; sed iudicia de singularibus factis sunt ex casibus subito exortis, facilius autem ex multis consideratis potest homo videre quid rectum sit, quam solum ex aliquo uno facto. Tertio, quia legislatores iudicant in universali, & de futuris; sed homines iudicis prædentes, iudicant de presentibus, ad que afficiuntur amore, vel odio, aut aliqua

- aliqua cupiditate; & sic eorum depravatur iudicium, 12. q. 95. 1. ad 2.
- 111 Quia ergo iustitia animata iudicis non invenitur in multis, quia flexibilis est; ideo necessarium fuit in quibuscumque est possibile legem determinare quid iudicandum sit, ut paucissima arbitrio hominum committerentur, 12. q. 95. 1. ad 2. fin.
- 112 Quaedam singularia quæ non possunt lege comprehendi, necesse est committere iudicibus, puta de eo quod est factum esse, vel non esse, & de aliis huiusmodi, 12. q. 95. 1. ad 3.
- 113 Lex humana est dispositio particularis, inventa per rationem humanam, ex principiis communibus legis naturalis, 12. q. 91. 3. o. & 4. c. & q. 95. 2. o. & 3. 4. c.
- * 114 Est mensura mensurata à lege divina, & à lege naturali, cuius finis est utilitas hominum, 12. q. 19. 4. c. & q. 95. 3. o.
- 115 Leges humanæ in communi habent rationem, non autem quoad aliquas particulares condiciones, sed ex arbitrio instituentium, 12. q. 95. 2. ad 4. & q. 102. 2. ad 3.
- 116 Non possunt habere illam infallibilitatem, quam habent conclusiones demonstrativæ, scientiarum, 12. q. 91. 3. ad 3. & 4. c. & q. 96. 1. ad 3. & q. 105. 2. ad 8. & 22. q. 120. 1. c.
- 117 Nulla lex humana habet vim legis, nisi in quantum à lege naturæ derivatur, 12. q. 95. 2. o.
- 118 Leges scribuntur ad declarationem juris naturalis & juris positivi; ideo continent utrumque, & instituunt jus positivum, dantes ei robur auctoritate, non autem juri naturali, sed hoc habet ex natura, 22. q. 60. 5. c. ad 1.
- 119 Lex humana quadrupliciter dividitur, secundum quatuor quæ sunt de ratione ejus scilicet quod sit à lege naturæ, ad bonum commune, à persona publica, & sit regula actuum humanorum, 12. q. 95. 4. o.
- 120 Nullus potest condere legem, nisi communitas vel persona publica, id est generis vices ejus, 12. q. 90. 3. o. & q. 92. 2. ad 2. & q. 95. 4. c. & q. 96. 1. 4. c. & q. 97. 3. ad 3. & q. 98. 3. ad 3. & 22. q. 50. 1. ad 3. & q. 57. 2. c. & q. 60. 6. c. & q. 67. 1. c.
- 121 Lex humana debet dari in communi, 12. q. 96. 1. o. & q. 98. 6. ad 2. & q. 147. 3. 4. c.
- 122 Datur de aliquo secundum illud quod frequentius accidit, 12. q. 84. 1. ad 3. & q. 96. 1. ad 3. & q. 9. c. ad 3. & q. 102. 6. ad 5. & 22. q. 88. 9. 10. c. & q. 120. 1. c. & q. 174. 4. c. & q. 152. 2. ad 3. & q. 154. 2. c. fin. & q. 160. 5. c.
- 123 Non attendit intentionem observantis, sed actum ejus, 12. q. 100. 9. c.
- * 124 Debet esse honesta, justa, possibilis ferendum consuetudinem patriæ, loci, & temporis, necessaria; pro communi utilitate, & clara, 12. q. 95. 3. o.
- 125 Lex est justa, vel injusta tripliciter, scilicet ex fine, ex agente per auctoritatem, & ex forma, id est secundum æqualitatem proportionis, 12. q. 96. 4. c.
- 126 Lex humana præcipit aliquos actus cuiuscumque virtutis, ut ordinabiles ad bonum commune, non autem omnes; similiter aliquos actus cuiuscumque vitii prohibet, non autem omnes, 12. q. 93. 3. ad 3. & q. 96. 2. 3. o. & q. 100. 2. c.
- 127 Leges humanæ ordinantur ad aliqua mundana bona, secundum quorum conditionem dantur præcepta fortitudinis, 22. q. 140. 1. c.
- 128 Lex humana non debet servari quando est in damnum, sed recurrendum est ad principem, si periculum non sit in mora, 12. q. 96. 6. o. & q. 97. 3. ad 1. & 22. q. 60. 5. ad 2. & ad 3. item q. 147. 4. c.
- 129 Iusta obligat in foro conscientie, non autem injusta, nisi propter scandalum vitandum in iis quæ non sunt contra Deum, 12. q. 96. 4. o. & 22. q. 12. 2. ad 1. & q. 60. 3. ad 1.
- 130 Omnes subditi alicujus potestatis subduntur legibus ejus, vel coacte ut mali, vel sponte, ut boni, 12. q. 96. 5. o.
- 131 Princeps subditur legi suæ quoad iudicium Dei & sponte quoad vim directivam, non autem coacte, 12. q. 96. 5. ad 3.
- 132 Nullus subditur legi inferiori contra superiorem, 12. q. 96. 5. c. ad 3.
- 133 Lex humana potest juste mutari dupliciter, scilicet ex defectu legislatoris, vel ex mutatione rerum, vel hominum, 12. q. 96. 5. ad 3. & q. 97. 1. o. & q. 104. 3. ad 2.
- 134 Non debet faciliter mutari, nisi propter magnam necessitatem vel utilitatem, quia consuetudo juvat, 12. q. 97. 2. o.
- Ly per quem non est appropriatum, sed proprium filii, 1. q. 39. 8. c.
- Lia fecunda, que lippis oculis significat vitam activam, que plus parit, & minus videt, 22. q. 179. 2. b.
- 1 Liber de infantia Salvatoris est apocryphus, 3. q. 33. 6. ad 3. & q. 36. 4. ad 5. & q. 43. 3. ad 1.
- 2 * Liber de mirabilibus sacre scripturæ non est Augustini, nec est authenticus, 3. q. 45. 3. ad 2.
- 3 Liber de spiritu & anima non est Augustini, nec authenticus, 1. q. 77. 8. ad 1. & q. 79. 8. ad 1. & 10. ad 1. & q. 82. 5. ad 2.
- 1 Liber vitæ dicitur tripliciter, scilicet conscriptio salvandorum, scriptura eorum

per quæ salvantur, idest utrumque testamen-
tum, & scriptura agendorum, seu jam facto-
rum, scilicet libri aperiendi in die iudicii, id-
est vis divina, qua cullibet nota sient facta sua,
1. q. 24. 1. ad 1.
2 Est noticia Dei de vita beata cujuslibet
in particulari, 1. quæst. 24. q. 39. 8.
fin.
3 In divinis dicitur essentialiter, non au-
tem personaliter, & appropriatur filio ratione
notitiæ; sed spiritui sancto ratione vitæ, 1.
q. 39. 8. fin.
4 Non est prædestinatio, sed est noticia
ejus, 1. q. 24. 1. ad 4.
5 Liber vitæ & electio sunt tantum de vi-
ta gloriæ creaturarum; non autem proprie,
de vita naturæ, nec de vita gratiæ, nec de vi-
ta Dei, 1. q. 24. 2. o.
6 Scripti simpliciter in libro vitæ, scilicet
prædestinati, nunquam delentur de libro vitæ,
sed scripti secundum gratiam delentur de libro
vitæ, 1. q. 24. 3. o.
7 Sicut potest aliquis deleri de libro vitæ,
sic potest in eo scribi de novo, scilicet vel se-
cundum opinionem, vel secundum gratiam,
non autem simpliciter, 1. quæst. 24. 3.
ad 3.
8 Nullus liber dicitur liber mortis, sic-
ut dicitur liber vitæ, quia electi solent adscri-
bi non autem repudiati, 1. q. 24. 1. ad 3.
9 Libri aperiendi in die iudicii sunt con-
scientiæ singulorum, vel sancti utriusque testa-
menti, vel sententiæ iudicis, vel vis divina ost-
tendens omnia, qua cullibet nota sient facta
sua, 1. q. 24. 1. ad 1.
1 Liberalitas est virtus dispensandi bene di-
vitiis, in usus bonos sibi, suisque, & aliis,
22. q. 117. 1. o.
2 Ad liberalem non pertinet esse promptum
ad recipiendum, & minus ad petendum; sed
solicite procurat fructus suarum possessionum
ad liberaliter dandum, 22. q. 117. 4. ad 3.
3 Propria materia mediata liberalitatis est
pecunia, idest res possessa; sed materia im-
mediata est passio circa pecuniam, 12. q. 60. 5.
c. 22. q. 31. 1. ad 2. 2. q. 32. 1. ad 4. 2. q.
58. 9. ad 2. 2. q. 117. 2. 3. o. 6. e. 2. q.
128. 3. c. ad 2. 2. q. 157. 1. c.
4 Liberalitas moderat amorem pecunia-
rum, & timorem de amissione earum, 22. q.
123. 4. ad 2.
5 Proprius actus liberalitatis duplex, scilicet
bene uti pecunia in se & in alio; secundarius
autem est preparare, & conservare eas ad
bonum usum, 22. q. 117. 3. 4. o.
6 Proprius & principalior actus liberalita-
tis est dare, quam accipere, vel acquirere,
vel conservare, vel uti pro se, 22. q. 117.
4. o. 2. q. 119. 1. ad 2. 2. ad 3.
7 Liberalis tractatur quoad aliquid demur

non convenienter, sed magis quando ipse da-
non convenienter, quia plus opponitur actui
ejus proprio, 22. q. 117. 4. ad 2.
8 Dare aliquid cum concupiscentia renen-
di derogat liberalitati non autem amicitie vel
charitati, sed magis ostenditur perfectio ejus,
22. q. 31. 1. ad 2.
9 Liberalitas est subjective in voluntate,
1. q. 21. 1. ad 1.
10 Dantes omnia pro Christo non sunt
prodigi, sed liberales, 22. q. 110. 2. ad 3.
11 Solus Deus est maxime liberalis, 1. q.
44. 4. ad 1.
12 Christus omnes divitias contemnendo
ostendit in se summum gradum liberalitatis &
magnificentie, 3. q. 7. 2. ad 3.
13 Omnis virtus theologia & cardinalis est
simpliciter, idest secundum propriam materiam
nobilior liberalitate, quæ tamen habet quan-
dam excellentiam, inquantum est utilis ad
multa, 22. q. 117. 6. o.
14 Justitia se extendit ad omnes, non au-
tem liberalitas, 22. q. 58. 12. ad 1. 2. q. 123.
12. ad 5.
15 Justitia est simpliciter major liberalitate,
quia est communior & fundamentum ejus est,
& potest esse sine ea, non autem e converso,
sed secundum quid est e converso, scilicet ut
est ornamentum justitiæ, 22. q. 66. 4. ad 1.
2. q. 123. 12. ad 5.
16 Liberalitas convenit cum justitia, quia
utraque est principaliter ad alterum, & circa
exteriora; sed prima attendit exteriora ut pro-
pria, secunda vero ut sunt alterius, & ratione
debiti, ideo liberalitas non est species justitiæ,
sed est pars sibi annexa, 22. q. 58. 12. ad 1. 2.
q. 117. 2. ad 3. 2. q. 3. ad 2. 5. o. 2. q. 118.
3. ad 2. 2. q. 134. 4. ad 1. 2. q. 157. 1. c.
17 Liberalitas est ad se in sumptibus, non
autem in dationibus, sed justitia nullo modo
est ad se, 22. q. 106. 3. ad 1. 2. q. 117. 3. ad 3.
1 Libertas cujuslibet rei est dominium, &
potestas sui actus ad opposita, 1. q. 83. 3.
4. c.
2 De ratione vel necessitate libertatis non
est esse primam causam sui id quod liberum est,
1. q. 83. 1. ad 3.
3 Possit velle malum non est libertas, nec
est pars libertatis, 1. q. 62. 8. ad 3. 2. q. 22. q.
88. 4. ad 1. 2. q. 157. 1. c.
4 Tota radix libertatis ut subiectum, est
voluntas: ratio autem, ut causa, 12. q. 6. 2.
ad 2. 2. q. 17. 1. ad 2.
5 Libertas opponitur necessitati coactio-
nis, non autem necessitati finis, 1. q. 82. 14.
c. ad 1. 2. q. 22. q. 44. 1. ad 2. 2. q. 14.
2. c. 2. q. 119. 1. ad 2. 2. ad 3.
6 Libertas prima est debilitata per peccatum,
non autem omnino amissa, 1. q. 83. 2.
ad 3.

1 Liberum arbitrium non est habitus proprie,
sed est potentia, 1. q. 83. 2. c.
2 Est idem realiter quod voluntas, secun-
dum quod in ea est virtus intellectus, unde
esse dicitur facultas voluntatis, & rationis, 1.
q. 83. 3. 4. o. item 12. q. 1. 1. c. item 22. q.
24. 1. ad 3. 2. q. 95. 5. c.
3 Est tantum eorum, quæ sunt ad finem 1.
q. 19. 1. c. item q. 82. 1. 2. c. 2. q. 83. 1.
ad 5.
4 Ut de actibus, est tantum de contingentibus:
sed ut de objectis, est etiam de præteritis & ne-
cessariis, 22. q. 24. 1. ad 3.
5 Est per se ordinatum in bonum, nec
tendit in malum, nisi sub ratione boni, 1. q.
63. 1. ad 4. 2. q. 54. 3. ad 3.
6 Nullus creaturæ liberum arbitrium po-
test naturaliter esse confirmatum in bono, sed
tantum ex gratia, 1. q. 63. 1. c.
7 Liberum arbitrium vitoris potest per gra-
tiam confirmari in bono aliquo modo, non
autem simpliciter, 3. q. 52. 7. ad 5. 2. q. 79.
6. ad 1. 2. ad 2.
8 In damnatis est obstinatum in malo, quod
non potest esse in via perfecte, 22. q. 14. 3.
ad 3. 2. q. 52. 6. ad 3. 2. q. 86. 1. c.
9 Est in omni & solo habente intellectum,
11. q. 59. 3. c.
10 Est in Deo, 1. q. 19. 10. o.
11 Est in beatis, & est in damnatis, 3. q.
18. 4. ad 3.
12 Homo habet liberum arbitrium, 1. q.
83. 1. c. 2. q. 12. q. 13. c. c.
13 Homo per peccatum amisit liberum ar-
bitrium quoad libertatem à culpa & miseria,
non autem quoad naturam, 1. q. 83. 2. ad 3.
14 Non est in brutis, 1. q. 59. 3. c.
15 Non suscipit magis & minus secundum
essentiam, sed secundum dispositionem subjec-
ti, tamen est majus secundum nobilitatem rei,
cujus est, 1. q. 59. 3. ad 3.
16 Omnis actus humanus est à libero arbi-
trio vel elicitive, vel imperative, 12. q. 1. 1. c.
17 Eligere est proprius actus elicitus liberi
arbitrii, 1. q. 83. 3. 4. o. 2. q. 18. 4. b.
2. c.
Libido voluntatis gravat peccatum, sensibi-
lis autem levat, 22. q. 154. 3. ad 1. 2. q.
156. 3. c. ad 3.
Non licere aliquid alicui contingit dupli-
citer; scilicet ratione prohibitionis, & ratione
defectus, 22. q. 187. 1. c.
1 Lignum vitæ, & arbor scientiæ boni &
mali sunt materiali, sed significant res spiri-
tuales, 1. q. 102. 1. ad 4.
2 Causabat immortalitatem in Adam per
solam fortificationem virtutis, alii vero cibi
restaurando perdidit, 1. q. 97. 4. o.
3 Causa principalis immortalitatis Adæ erat
virtus supernaturalis ei data, non autem lig-

num vitæ, sed tamen erat coadjuvans ad con-
tinationem vitæ, 1. q. 97. 4. c. fin.
4 Si post peccatum homo comedisset de lig-
no vitæ, non potuisset evadere mortem, sed
potuisset eam ferre, 22. q. 164. 2. ad 6.
1 Idem locus & status sanctorum ante ad-
ventum Christi dicebatur sinus Abrahæ ratio-
ne requiei, & limbus inferni ratione defectus
gloriæ, non autem sunt omnino diversi, 3. q.
52. 2. ad 4.
2 Gaudium magnum erat in eo de gloria
separata, 3. q. 52. 5. ad 1.
3 In limbo patrum erat dolor de dilatione
gloriæ, non autem poena sensibilibus pro pecca-
to; sed Christus solvit utrumque, scilicet præ-
servando à secundo, & dando gloriam à 3. q.
52. 2. ad 2. 2. q. 5. ad 1.
4 Quia sanctorum animæ ante Christi adven-
tum habebant quietem per immunitatem po-
enæ, limbus sinus Abrahæ dicitur, qui fuit præ-
mum exemplum credentium, sed quantum ad
id quod sanctis deest requies desiderii, dicitur
infernus, 5. q. 69. 4. c.
5 Limbus quantum ad qualitatem loci di-
versus ab inferno damnatorum, sed quantum
ad situm loci sunt loca continua, nisi quod
limbus patrum pars superior inferni esse vide-
tur, 5. q. 69. 5. c.
6 Cum pueris in limbo nulla ad se spes bea-
tæ vitæ, quæ patribus aderat, qualitate præ-
missi, & poenæ limbus puerorum differt à lim-
bo patrum, non autem sium, est requies pa-
trum in superiori loco esse credatur, 5. q. 69.
6. o.
7 Sive in statu consequendi pro meritis bo-
num sive malum constitutus sint animæ corpo-
ribus exuta; convenienter quingue loca distinc-
ta sunt, scilicet paradysus, limbus patrum,
purgatorium, infernus, & limbus puerorum,
5. q. 69. 7. c.
Limbus est terra permitta aquæ, ideo cor-
pus hominis dicitur componi ex eo, idest ex
quatuor elementis, 1. q. 91. 1. o.
1 Lingua infirmi, quæ infecta est choleroico,
& amaro humore, non potest percipere ali-
quid dulce, sed omnia videntur ei amara, 1.
q. 75. 2. c. 2. q. 111. 4. c.
2 Donum linguarum est gratia gratis data,
& necessaria fuit duplici ratione, scilicet ut
primo discipuli Christi per universum orbem
discurrentes fidem ejus ubique prædicarent, &
ut sic gentibus ad idololatriam declinantibus
introducenda est diversitas linguarum, ita etiam
quando erant gentes ad cultum unius Dei re-
vocandæ, contra hujusmodi diversitatem re-
medium adhiberetur per donum linguarum 22.
q. 176. 1. o.
3 Christus habuit donum linguarum, quo
tamen non est usus, quia tantum in una gente
prædicavit, 22. q. 176. 1. ad 3. 2. q. 7. 7. ad 3.
Li.

Litigium proprie est contradictio in verbis non ex defectu amoris animos unientis, sed ex hoc quod quis non veretur contristare personam; primum est contentio, & pertinet ad discordiam contrariam charitati; secundum contrariatur amicitia vel affabilitati, non autem mansuetudini, vel temperantie, licet oriatur aliquando ex ira, vel concupiscentia generali, & ex multis aliis, 22. q. 116. 1. c.

Litterarum figure, quibus tria & sex representantur Gecei, satis sunt propinquae apud eos, 3. q. 46. 9. ad 2. fin.

1 Inter quolibet duo loca sunt infinita loca tam divisibilia, quam indivisibilia, 1. q. 53. 2. c.

2 Respectus & inclinatio, & ordo corporis gravis ad locum medium est relatio realis, 1. q. 28. 1. c.

3 Esse in loco dicitur dupliciter, scilicet sicut esse in aliqua re, vel esse sicut locatum in loco; 1. q. 8. 2. c.

4 Contingit dupliciter, circumscriptive, & definitive, 1. q. 52. 1. c.

5 Quod est in aliquo loco totum totalitate essentiae, potest simul esse extra, non autem totalitate quantitatis, 1. quaest. 8. 2. ad 3.

6 * Incorporalia sunt in loco, 1. q. 8. 2. ad 1. & ad 2.

7 Deus non est in loco circumscriptive, neque definitive, quia est ubique, 1. q. 52. 2. c. fin. & 3. q. 52. 3. ad 3.

8 Dicitur esse in loco metaphorice, quia implet locum causalitate effectuum, non autem distantia dimensionum, 1. quaest. 8. 2. c.

9 Est in loco non quidem ut quid mensuratum loco, sed ut dans virtutem loco, locandi & continendi, 1. quaest. 8. 2. c.

1 Longanimitas est virtus qua habetur animus tendendi in aliquid distans in longinquum, & convenit dupliciter cum patientia, sed magis cum magnanimitate, scilicet primo quidem, quia patientia, sicut & fortitudo, sustinet aliqua mala propter aliquod bonum, quod si ex propinquo expectetur, facilis est sustinere, si autem in longinquo differatur, difficilis est expectatio. Secundo quia hoc ipsum quod est differri bonum speratum, natum est causare tristitiam; & sic secundum quod sub eadem ratione mali contristantis potest comprehendere dilatio boni sperati, quae pertinent ad longanimitatem, & labor quem homo sustinet in continuata executione boni operis, quod pertinet ad constantiam, tam longanimitas quam etiam constantia sub patientia comprehenduntur, 22. q. 70. 3. c. & 22. q. 17. 3. ad 3. & q. 136. 5. c.

2 Longanimitas magis respicit spem, quam timorem, vel audaciam, vel tristitiam, sicut etiam magnanimitas, 22. q. 163. 5. c.

1 Loquendi modi diversi sunt in diversis linguis, 1. q. 93. 3. ad 2.

2 Deus loquitur Angelis vel hominibus ostendendo aliquid, & foras Deum primis hominibus antea loquebatur, sicut cum Angelis loquitur, ipsa incommutabili veritate illustrans mentes eorum; est non tanta participatio divinae essentiae, quanta capiunt Angeli, secundum Augustinum, 1. q. 94. 1. c. fin.

3 Loqui videntur bruta, per illusionem Simonis Magi, vel operante demone; sicut & asina Balaam per Angelum, 22. q. 165. 2. ad 4.

Loth culpandus est secundum Augustinum, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit, 22. q. 105. 4. c. fin.

Lotio pedum veteris testamenti praetermittitur in novo testamento, & retinetur lotio manuum, quia est in promptu, & idem significat; scilicet perfectam munditiam, 3. q. 83. 5. ad 1.

Lucia verum dixit, quod corpus non coinquinatur nisi de consensu mentis, 22. q. 64. 5. ad 5.

Lucifer peccavit gravius ceteris Angelis, in quantum in eo minor flexibilitas fuit ad peccatum, 1. q. 63. 8. ad 3.

Ludera seu jocosa sunt dicta vel facta, in quibus non queritur, nisi delectatio animalis, 22. q. 168. 2. c.

Ludificatio demonum mutat homines in bestias secundum appetitiam tantum, non autem secundum rei veritatem, 1. q. 114. 4. ad 2. & 22. q. 165. 2. ad 4.

1 Ludus est in remedio contra fatigationem animaleam, dans animae quietem, idest delectationem, 12. q. 1. 6. ad 1. & 22. q. 168. 2. c.

2 Ambrosius reprobatur omnes ludos in sacra scriptura, non autem in aliis, 22. q. 168. 2. ad 1.

Ludus triplex, scilicet turpis, devotus, & recreativus. Primus debet vitari a quolibet, secundus est laudabilis, tertius debet sumi, sed temperantius a penitente, 22. q. 68. 4. ad 1.

4 In ludis cavenda sunt tria, scilicet dicta, & facta turpia & nociva, resolutio gravitatis, & indebita circumstantiae, 22. q. 168. 2. c.

5 Ludere inordinate ratione recreationis opponitur eutrapeliae, sed pertinet ad mollicitiam, ratione quietis, 22. q. 158. 1. ad 3.

6 Defectus ludi est peccatum; sed minus quam excessus ejus, 22. q. 168. 4. c.

7 Excessus ludi duplex, scilicet ratione turpitudinis vel nocentis, & ratione indebitae circumstantiae; primus est peccatum mortale, 22. q. 168. 4. c.

secundum autem est peccatum veniale, nisi ponatur finis in hoc, 22. q. 168. 3. c.

8 Peccata ratione solius intentionis excusantur per ludum, non autem peccata ex sua specie, sed reddunt ludum obscenum, & flagitiosum, 22. q. 68. 3. ad 1.

1 Lumen dupliciter potest inesse alicui, scilicet vel per modum formae permanentis, vel per modum passionis transeuntis, 22. q. 171. 2. c. & q. 175. 3. ad 2.

2 Majus lumen offuscat minus lumen, scilicet alterius illuminantis; non autem minus lumen illuminat; sed perficit ipsum, 3. q. 5. 4. ad 2. & q. 9. 1. ad 2.

3 Lumen naturale intellectus nihil aliud est quam manifestatio veritatis, 3. q. 67. 1. c. & q. 106. 1. c.

4 In homine est triplex lumen quo non participant bruta; scilicet lumen naturae, gratiae, & gloriae, 1. q. 106. 1. ad 2.

5 Lumen naturale intellectus confortatur per infusionem luminis gratuiti, 1. q. 12. 13. c.

6 Lumen supernaturale intellectus, idest intellectus qui ponitur donum spiritus sancti, est quaedam acuta perceptio divinorum, 1. q. 106. 1. ad 2. & 22. q. 49. 2. ad 2.

7 Lumen intelligibile imprimitur divinitus ad iudicandum visa ab aliis, ad intelligendum scripturas, & ad interpretandum, sicut Apostolis, & ad cognita naturaliter, & ad agenda, 22. q. 173. 2. c. fin.

8 Lumen gloriae non potest esse connaturale alicui creaturae, 1. q. 12. 5. ad 3.

1 Luminarium productioni praeremittitur plantarum productio ad excludendum idololatram, 1. q. 70. 1. ad 1. & ad 4.

2 Luminaria producta sunt primo die quoad substantiam; sed quoad collationem determinate virtutis producta sunt quarta die, 1. q. 70. 1. ad 1. & q. 74. 1. ad 4.

3 Sunt fixa in sphaera, secundum Arist. nec moventur sine suis sphaeris, sed oppositum tenet Ptolemaeus, 1. q. 70. 1. ad 3.

4 Sol dicitur luminare magnum, & luna luminare minus; sed sol propter quantitatem, & propter virtutem; luna vero dicitur magna propter quantitatem apparentem & claritatem, & propter propinquitatem ad nos, & propter manifestos ejus effectus, 1. q. 68. 1. c. fin. & q. 70. 1. ad 5.

1 Luna plena oritur vespere, & occidit mane, ideo dicitur praeficere nocti, quia probabile est quod producta sit perfecta, sicut & planta & animalia, 1. q. 70. 2. ad 5.

2 Non dicitur praeficere nocti, licet appareat in die, quia non dominatur diei propter praesentiam majoris luminaris, scilicet solis, 1. quaest. 68. 1. c. fin. & quaest. 70. 1. ad 5.

3 Secundum proprium motum est velocior sole, sed secundum motum diurnum est 6 converso, 3. q. 44. 2. ad 2.

1 Lux seu lumen non est corpus, nec est evidenter coloris, 1. q. 67. 2. c. & q. 76. 7. c. & q. 91. 1. ad 2.

2 Non est forma substantialis solis, sed est qualitas activa cujuslibet lucensis a se, 1. q. 67. 3. c.

3 Proprie est tantum in corporibus quantum ad illud a quo sumitur nomen, sed quantum ad illud cui imponitur, magis convenit spiritualibus, quam corporalibus, 1. q. 67. 1. c. item q. 74. 2. c.

4 Non habet contrarium, quia est qualitas primi alterantis, 1. q. 67. 3. ad 2.

5 Dicitur esse sine numero, pondere, & mensura, quia virtus ejus se extendit ad omnia corporalia, non autem simpliciter, 1. q. 5. 5. ad 5.

6 Lux primo creata fuit sol, sed adhuc informis, quoad determinationem virtutis factam quarta die; nec lux erat nubes, nisi secundum similitudinem, 1. quaest. 67. 4. c. & quaest. 68. 1. c. fin. & quaest. 70. 1. ad 2. & quaest. 74. 1. c. ad 4. & 3. ad 5.

7 * Lux non videtur per aliquam similitudinem, sed per essentiam suam informat oculum, 1. q. 56. 3. c.

8 * Facit quod color qui est visibilis in potentia, fiat visibilis in actu, 1. q. 67. 3. ad 3. & q. 79. 3. ad 2.

9 * Eodem actu videtur color & lux, ut ratio videndi, non autem ut obiectum, 12. q. 8. 3. ad 2. & q. 13. 4. c.

10 Alium effectum facit lux solis, alium lux Jovis, & sic de aliis Planetis, 1. q. 67. 3. c. & q. 70. 1. ad 2.

11 Lux agit ad productionem formae substantialis, ut instrumentum oculi, 1. q. 67. 3. ad 3.

1 Luxuria principaliter est circa voluptates venereas, secundario autem dicitur excessum in aliis, 22. q. 153. 1. c.

2 Actus luxuriae est peccatum, 22. q. 153. 3. c.

3. Deliberatus extra limites matrimonii est peccatum mortale; aliter vero est veniale, 22. q. 35. 3. c. & q. 153. 3. c.

4 Luxuria est vitium capitale, 22. q. 153. 4. c.

5 Peccata luxuriae inter vitia intemperantiae sunt maxime exprobrabilia, 22. q. 151. 4. ad 3.

6 Species luxuriae sunt sex, scilicet fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & luxuria contra naturam, 22. quaest. 154. c.

7 Suptum aliquando sumitur communiter

pro omni peccato luxuriz, 22. q. 154. 6. ad 2.

8 Sacrilogium reducit ad species tres luxuriz, scilicet vel ad stuprum, vel ad adulterium, in quantum violatur virgo Deo desponsata; vel ad incestum, in quantum est cum cognata spirituali, 22. *quæst.* 154. 1. ad 3. & 10. ad 2.

9 Peccatum luxuriz contra naturam non est humanum, sed bestiale, 22. q. 142. 4. ad 3. & q. 154. 1. o.

10 Est gravissimum inter species luxuriz, secundo raptus; tertio incestus; quarto adulterium; quinto stuprum, & minima fornicatio, 12. q. 73. 7. o. & 22. q. 154. 12. o. & q. 170. 1. ad 2.

11 Species luxuriz contra naturam sunt quatuor, quarum gravissima est bestialitas: secundo sodomia; tertio cum muliere extra naturam; quarto mollicitas, 22. q. 154. 11. o. & 22. ad 4.

12 Circa tempora Abrahæ humanum genus venerat ad profundissimum peccatorum, scilicet ad infidelitatem, & ad turpissimum vitium contra naturam, 3. q. 70. 2. ad 1.

13 Filiz luxuriz sunt octo, scilicet cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, & desperatio futuri sæculi, 22. q. 53. 6. o. & q. 153. 4. 5. o.

14 Gradus luxuriz quintuplex, scilicet appetus, cogitatio, delectatio, consensus, & opus, 12. q. 72. 7. o. *in fin.* item ad 3.

15 Ex luxuria oriuntur quatuor inordinati actus locutionis, scilicet turpiloquia, stultiloquia, scurrilia, & ludicia, 22. q. 153. 5. ad 4.

16 Nulla passio ita deprimit rationem sicut gula & luxuria, 22. q. 53. 7. o. & q. 55. 8. ad 1. & q. 180. 2. ad 3. *in fin.*

17 Homo incurrit quintuplex damnus ex luxuria, scilicet depressionem mentis, exheredationem, periculum personæ, & periculum rerum, & impedimentum bonorum operum, 22. q. 46. 3. o.

18 Luxuria vix vitari potest, nisi vitetur principium ejus, scilicet aspectus mulieris pulchritudinis, & præcipue aspectus virginis, 22. q. 167. 2. o.

19 Luxuria vincitur fugiendo, sed acria & cetera vitia resistendo, 12. q. 35. 6. ad 3. & q. 74. 3. ad 2.

M

1. **M**aceratio proprie corporis non est accepta Deo, nisi discreta, ut concupiscentia refrænetur, & natura non nimis gravetur, 22. q. 88. 2. ad 3. & q. 147. 1. ad 2. & q. 188. 6. ad 3.

1 Macula in corpore, & macula in anima contingit dupliciter, scilicet privatione decoris per peccatum mortale, & ex superinductione per peccatum veniale, 3. *quæst.* 87. 2. ad 3.

2 Macula peccati est defectus nitoris animæ, scilicet luminis divini, & rationis, & gratiæ, ex inordinato amore temporalium, 12. q. 86. o. & q. 89. 1. o. & 22. *quæst.* 87. 6. c.

3 Non dicit aliquid positivum in anima, nec privationem tantum, sed in respectu ad suam causam, scilicet ad peccatum; ideo diversorum peccatorum sunt diversæ maculæ, 12. q. 86. 1. ad 3. & q. 88. 1. c.

4 Nihil aliud est quam privatio gratiæ, 12. q. 109. 7. c.

5 Actus peccati facit distantiam à Deo, quam sequitur macula, 12. q. 86. 2. ad 3. & 6. c.

6 Cessante macula peccati, remanet reatus, 12. q. 87. 6. o.

7 Remissio peccato quantum ad maculam semper remittitur poena aeterna, non autem poena temporaria, 12. q. 87. 6. c.

8 Macula peccati manet transeunte actu peccati, 12. q. 86. 2. o. & *quæst.* 87. 6. c. ad 1.

1 Magi adorantes Christum, secundum Augustinum fuerunt malefici; sed secundum alios fuerunt sapientes, astrologi, & potentes, 3. q. 36. 3. c. ad 2. & 3. c.

2 Moti sunt ex scriptura Seth ad sequendam stellam, vel ex prophetia Balaam, vel ducti ab angelis, vel inspirati à Deo, 3. q. 36. 5. ad 4.

3 Secundum Augustinum, venerunt de remotissimis partibus orientis per biennium; secundum vero alios, venerunt in diebus tredecim; secundum alios autem, venerunt de prophe, 3. *quæst.* 36. 3. ad 3. & 5. ad 4. & 6. c. ad 3.

4 Venerunt ad Christum tamquam primitivæ gentium, docti à Spiritu sancto, offerentes munera congrua dignitati Christi, 3. q. 36. 3. ad 1. & 8. o.

5 Amiserunt stellam quadruplici ratione, scilicet propter Judæorum confusionem, propter magorum instructionem, propter instructionem nostram dupliciter; primo quia qui humanum auxilium quaerunt, deseruntur ab auxilio divino; secundo instruuntur quantum ad hoc, quia qui fideles sumus, non debemus quaerere signa, sed debemus esse contenti doctrinis prophetarum, quia signa data sunt infidelibus, 3. q. 36. 8. ad 3.

6 Herodes post duos annos à recessu magorum occidit pueros, quia accusatus ivit Romanam, vel territus aliquo periculo, vel credens magos confusos, 3. q. 36. 6. ad 3.

7 Magis & minus non dicitur substantia, sic quod participetur quandoque cum magis & minus in eadem specie, licet una substantia sit perfectior alia, 1. q. 93. 3. ad 3. & 12. q. 52. 1. c.

Magister sententiarum non est authenticus; ideo in multis non tenetur, 1. q. 94. 4. ad 2. & 22. q. 23. 2. o.

1 Magnanimitas importat extensionem animi vel ad magna absolute, vel secundum proportionem, 22. q. 129. 1. c. & q. 136. 5. c.

2 Est virtus quia tendit ad maxima secundum rectam rationem, 22. q. 129. 3. o. & q. 130. 2. c.

3 Est circa spem, & desperationem, 12. q. 60. 4. c. *in fin.*

4 Principaliter est circa honores, sed mediate; immediate vero est circa spem, 22. q. 129. 1. o. & 4. 8. c. & q. 128. c. & q. 131. 2. c.

5 Propria materia ejus est honor magnus, mediocri autem est materia cujusdam virtutis innominata, 12. q. 60. 5. c. & 22. q. 129. 2. o. & 4. ad 1. & q. 130. 2. ad 2.

6 Est circa gloriam, quia moderate utitur gloria, sicut & honore, 22. q. 132. 2. c.

7 Ad duo respicit, scilicet ad honorem, sicut ad materiam, & ad opus magnum, sicut ad finem, 22. q. 129. 8. c. & q. 131. 2. ad 1.

8 Ratione primi opponitur ei secundum excessum ambitio, & ratione secundi præsumptio, 22. q. 131. 2. ad 1. & ad 2.

9 Ea quæ opponuntur aliis virtutibus, opponuntur etiam magnanimitati, secundum quod parva pro magnis habentur, 22. q. 132. 2. ad 1.

10 Est in irascibili subjective; 12. q. 60. 5. c. & 22. q. 129. 1. ad 1. & q. 134. 4. ad 1.

11 Magnanimus non quaerit honorem tantum sicut fieri, quia hoc reputat parum, sed quaerit sibi dignum honorem, 22. q. 129. 1. ad 3. & 2. ad 3. & q. 131. 1. ad 2.

12 Bene utitur magnis & parvis honoribus, quia non extollitur nec frangitur oppositis, sed contentus, 22. q. 129. 2. ad 3.

13 Contentus bona exteriora, ideo non gaudet si acquirat ea, nec tristatur si perdat ea, 22. q. 129. 8. ad 2. & ad 3. & q. 132. 2. ad 1. item ad 2. & ad 3.

14 Non est contentiosus, quia nihil extrinsecum aestimat magnum, 22. q. 129. 1. 3. ad 2. & q. 132. 2. ad 3.

15 Non amat pericula, nec timet ea, sed promptissime se exponit periculis magnis, 22. q. 129. 5. ad 2.

16 Nullo indiget, scilicet modo humano, non autem simpliciter, 22. q. 129. 7. ad 1.

17 Habet vocem gravem, locutionem stabilem; qui non de omnibus facile contendit aut loquitur, sed de magnis. Non est memor beneficiorum, quia non delectatur in hoc, nisi

ut majora compenser. Est tardus & otiosus, quia non vilibus, sed magnis intendit. Utitur ironia, non quæ opponitur veritati, sed quia non omnibus animi magnitudinem ostendit. Cum aliis non potest convivere, sed cum amicis tantum, & magnis. Habet infirmuosa, quia magis honesta quaerit, quam utilia, 22. q. 47. 9. ad 3. & q. 129. 3. ad 3. item ad 5.

18 Nullus potest esse magnanimus, nisi virtuosus qui est habilis ad magna, 12. q. 66. 4. ad 3.

19 Magnanimo attribuuntur actus aliarum virtutum sub ratione excellentiæ, scilicet quod est communicativus, beneficivus, retributivus plurium, veridicus, non plandivus, non incertus, nec fugiens commentem, 22. q. 129. 4. ad 1. & ad 2.

20 Magis curat de veritate, quam de opinione, nec quaerit laudem humanam, 22. q. 132. 2. ad 1.

21 Magnanimitas est generalis virtus, in quantum operatur magna in qualibet virtute, faciens eam majorem; sed est virtus specialis, in quantum ponit speciale modum circa specialem materiam, 22. q. 129. 4. o. & 5. ad 2. & q. 134. 2. ad 2.

22 Est ornamentum omnium virtutum, 12. q. 66. 4. ad 3. & 22. q. 129. 4. ad 3.

23 Superveniens justitiam auget bonitatem ejus, sed sine justitia non habet rationem virtutis, 22. q. 58. 12. ad 2.

24 Magnanimitas, & magnificentia habent connexionem cum omni virtute secundum principia virtutum, scilicet secundum prudentiam & gratiam, non autem secundum actum, 12. q. 65. 1. ad 1. & 22. q. 129. 3. ad 2. & q. 134. 1. ad 1.

25 Tenent extremum secundum quantitatem rei; medium autem secundum regulam rationis, 12. q. 64. 1. ad 2. & ad 3. & 22. q. 92. 1. c. & q. 129. 3. ad 1. & q. 130. 2. c. & q. 134. 1. ad 2. & q. 152. 2. ad 2.

26 Bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem quoad materiam ejus, scilicet quoad honores, & etiam quoad finem ejus, scilicet operari magna, 22. q. 129. 8. o.

1 Magnificencia est virtus factiva magnorum, & est virtus generalis, si sumatur facere communiter, scilicet pro omni opere: si vero proprie, scilicet pro operatione exteriori est virtus specialis, 22. q. 134. 1. 2. o.

2 Materia ejus sunt sumptus magni, præcipue ad cultum Dei: secundo pecunia pro eis; tertio amor pecuniæ, 22. q. 134. 1. ad 3. & 2. ad 3. & 3. o.

3 Est rerum magnarum & excelsum, cum animi quadam ampla & splendida proportione, cogitatio & administratio, 22. q. 128. c.

4 Est in voluntate subjective, 1. q. 21. 1. ad 1.